



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 97. Lutheri versio Novi Testamenti damnata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

**Sæcul. XVI.** Testamenti versionem opposuit illi,  
**A.C. 1522.** quam Lutherus in tot locis corruptam,  
 atque adulteratam edidit.

## §. XCVII.

*Lutheri versio Novi Testamenti  
damnata.*

*Ep. Duc.  
Greg. ad Re-  
gem Angliæ  
apud Cochl.  
an. 1522. n. 50*

Cum tam adulterinam versionem Rex Angliæ conspiceret, hac super re literas dedit ad Germaniæ Principes, præcipue vero ad Fridericum, Joannem, & Georgium Saxoniae Duces, quos admonuit, ut malo inde pullulanti obviant. *Literas has, inquiebat, ob signaturo mihi in mentem venit, Lutherum in suis adversum me nœniis excusare se, quo minus ad reliqua respondeat, impeditum se esse transferendo Biblia. Visum est igitur hortari vos, ut omnium rerum maxime provideatis, ne id permittatur facere. Nam ut ut bonum esse, non negem, in quavis lingua legi Scripturam sacram: id certe periculosum est ex ejus versione, cujus mala fides fidem facit omnibus, id illi studium esse, ut bene scripta male vertendo pervertat, & populus ea se legere putet in Scriptura sacra, quæ vir execrabilis ab execrandis hausit hæreticis. Ast sera nimis fuit admonitio; priusquam enim Regis Henrici VIII. literæ ad Georgium Saxoniae Ducem pervenissent, jamjam per univ-*  
 sam

sam Germaniam longe lateque divul- Sæc. XVI.  
 gata erat nova Lutheri traductio; quo- A C. 1522.  
 circa Georgio nil reliquum erat, quam  
 ut hanc versionem prosciberet, ac com-  
 burari juberet. „ Nil, rescripsit ille ad  
 „ Henricum Regem, intentatum relin-  
 „ quo, ut perniciosos hujus Viri libros a  
 „ statibus meis eliminem, nam proprio  
 „ meo ære coemo omnes, quotquot  
 „ possum, novi Testamenti ab eo tradu-  
 „ cti libros; certus enim sum, illum eo  
 „ duntaxat sine hunc laborem in se fu-  
 „ scepisse, ut eo fallacius errores ac Cochl. l. cit.  
 „ dogmata sua spargere valeat. „ Fer- p. 55.  
 dinandus quoque Austriæ Archidux Raynald. hoi  
 Cæsaris frater novam Lutheri versio- ann. n. 48.  
 nem publicari severissimo edicto prohi-  
 buit, ac ipsemet, cum Imperator tum in  
 Hispaniis ageret, cunctis Cæsareæ Ma-  
 jestatis suæ subditis præcepit indictis  
 gravibus pœnis, ut omnes quicumque  
 novi hujus Testamenti libros domi ha-  
 berent, eos traderent illis, quibus ejus-  
 modi cura demandata erat, ut in unum  
 congesti rogam publice comburerentur.

## §. XCVIII.

*Lutheri scriptum adversus damnatæ  
versionis edicta.*

**H**oc Archiducis edictum in tam insa-  
 nos furores concitavit Lutherum,  
 ut